


*De YOTOCHTLI, seu Dasypode Cucurbitino, ab alijs Tarou, vel Armadillo dicto.*

Cap. I.



in præcepis, caput caudanique ventriculo applicat, ac tuerit crusta, ac se in spheram conuoluens rotatur. Quod si pertinacius quisquam insectari peruererit, fœse in hominem contorquet, & interdum idem vehementer dorso suo, pectore examinat. Versatur in viginosis lacubus, lumbricis, piscibusque, ac vermiculis vescitur, nec non & quibusdam arborum baccis, ac pomis, & formicis, ut diximus. Caro est impensis pinguis, dulcis, & pituitosi alimenti, & excrementis redundans. Vtibantur antiqui cauda, ad eas quas Zebretanas vocant, (quarum erat apud illos usus frequens) reborandas, & muniendas, crusta vero ad multa, que in ad bellicos tumultus, tum etiam ad pacem tranquillam spectarent. Aiunt, crustam illius tritam, ac dragmæ vnius pondere deuoratam ex iure decocti salvia, euocato sudore, magnopere morbo Gallico curando conferre. Versatur in locis calentibus, qualis est Yauhtepicensis, lacustribus, ut diximus, & viginosis.

NOTAE



**YOTOCHTLI**, seu Dasypus cucurbitinus, animal est monstrificum, & suapte natura duris armatum laminis. canis Melitenis magnitudine, sed cauda valde lögiori. Pedes sunt Echini terrestris, rostrumque, sed gracile, & oblongum. armatur undeque crusta, bellico equorum tegumento persimili, in laminas connexas atque mobiles diuisa, qua se contuluit, & undeque tegit, ubi opus est. quare ab Hispanis Armadillo, quasi cataphractum, aut armatum, à Lusitanis Encobertado appellatur. Auriculae sunt murinæ, sed longiores, nimisque gracieles. Cauda longa, teres, ac geniculata, eodem modo laminis circumuallata crustatis. Venter cander, & pelle operitur molli, humanae handi assimili, longiusculis, exilibus, ac raris pilis vestita. Formicas venatur cubans supra dorsum, & cauda ori admota, quæ rectè procedentes incidunt in infidias, & cibum deludenti suggerunt monstro. vix enim est villum animal, quæ tueatur alatque, arte & industria destitutum. Cum fugit

## NOTAE IOANNIS TERRENTII LYNCEI.

*Animalculum hoc, describitur, à Monarde cap. 3. qui illud Armadillo nominat. reliquos Autores vide in notis Clusii ad predictum caput.*


*Describit etiam tria huius animalis genera Clusius in Exoticis cap. 15. que apud Jacobum Plateau Tornaci in suo Musao animalib, presertim ambus instructissimo, magna cum delectatione confexi.*

*De ACALTEPEON, seu Monoxillo mucronato, quod priuatim Temacuicahuya vocant, Lacerto Nove Hispanie. Cap. II.*

**V**ERSATVR in Quauhauacensis agri, aliquæ feruentibus huius nouæ Hispaniæ locis, lacerti terrificum quoddam genus Coloto nostrati haud assimile, nuncupatum ab indigenis hispanis *Scorpius*, duas longum spitham, prolixa cauda, brevibus cruribus, lingua, quam interdum versat, rubra, lata, ac bifida, toruo capite, incessu graui, tardoque, & crusta intectum dura, fulvis candidisque punctis, paruulas margaritas imitantibus, aut lithospermi semina, variata. quæ à cruribus posterioribus usque ad extremum caput in varias digeruntur formas, ab eisdem vero ad extremum caudæ in lineas annulis similes, cingentes transuersim corpus per interualla, eti fuluæ longæ sunt numerosiores. Huius animalis morsus, noxius est sed minimè lethalis. quod sit, ut visu quam idem sit horridius, nec quemquam imperat nisi lesum, & concitatum. Lumborum caro ingesta duorum obolorum pondere, venerem mirum in modum dicitur excitare, neque ea in re Scincis cedere, crustam vero Scorpionum aduersari morsibus. Nec desunt gentes, quæ arcus suos eadem operant, munitaque, putantes, ita venenatorum animalium noxiæ naturam hebetari, atque coerceri.

*De AQVETZPALIN, seu Crocodilis, quos alijs Caimanes vocant.*

Cap. III.



**V**IVVN'T in quamplurimis paludibus huius nouæ Hispaniæ, aliquæ aquæ stagnantibus, *Crocodili* miranda corporis magnitudine, rostro prolixo, ac dentato, corpore crusta prædura, ac velut in conchas assurgente testico, ac forma coloris nostratis simili. mira corum natura, truculentæ mores, feritas in timidos, fugientesque, & formido (namque fugiunt audentes) iam diu ab alijs auctoriis sunt enarrata, nos nonnulla alia, experimento & pere-

Dd 2 grina-

grinatione comperta, adjicemus. Illud in primis admirari, adeoque immanis  
vaſteque bestia, ut quæ ſex ſepetum passuum longitudinem excedat, à pue-  
ris Indorum collum alligari, acque ira perfrādū ad littora, non valente, ut  
inquiunt, monstro alioqui rādo ac ſegni, caput hocendi gratia conqurere,  
ſi non ē contrario, ſed lateribus, & tranſuerſo occurru inuadatur. Nec minus  
mirabile eſt, per faniem ac alterius alimenti inopia lapidibus velci, & hos  
iplos in illorum ventriculis corollis, & penē abſumpcio reperi, redactoque  
in pulurem ac deuoratos, confeſſe lihias. præterque offendi iuxta *Crocodilorum*  
faues, glandulas quafdam, fabis penē pares, lauifimum moſci ſpirantes  
odorem. & has ipſas, febrei egregie fedare, ac proſuſus extingue: Quin eo-  
rumdem ventriculus, ablutus emundatusque, probè ſole exiccatus, & cum oc-  
casio offerto tritus, & deuoratus, lapidem renum, ac veficæ frangit, ac pel-  
lit, & vritiam promptissime euocat.

*Horum lapidum meninu Monardes capite 33, eoque contra quartane paroxys-  
mos, temporib. alligati ab Americi efferr.*



**G**ENVS eſt quoddam piciū lacuſtrium, mollicute inectum, ac la-  
certarum more quadrupes, dordantis longitudine, pollicemque crassum,  
et interdum cubitum excedit. Vultuam habet muliebri ſimillimam, ac venter  
maculis fulcīs diſtinguitur, a corpore medio ad caudam uſque nempe prolixam,  
& quæ iuxta finem tenuiſſima ſit, paulatim ac ſenſim gracileſcit. Pro lingua  
eſt cartilago breuis, ac lata, quaternis natat pedibus, in digitos perfumili-  
les illis ranarum, desinentibus. Caput depreſſum eſt, & reliqui corporis  
proportione magnum. hincens rictus, atque color. Huic menſtruū ſingulis  
quibusque menſibus fluere obſeruatū ſepe ſiepius eſt, haud aliter, ac mulieribus,  
& ingeſtum uenerem excitare haud ſecus ac ſcinci facere ſolent, quos ter-  
reſtres *Crocodilos* quidam vocant, ad quorum fortalſe genus pertinet. Salubre,  
ac gratum præber alimentum, nec diſſimile anguillarum carni. multis parari  
modis ſolent, frixi nempe, affi, elixique. verum ab Hispanis magna ex parte

ex

ex aceto, multo addito pipere, caryophyllis, atque ſiliquaſtro Indico, à Me-  
xicanis verò ſiliquaſtro ſolo, ſeu intrito ſeu integro, familiariffimo illis, ac præ-  
grato condimento. Nomen accepit à rara, ludicraque, qua prædictus eſt forma.

*De AXIN, ſeſ vermium quorundam pinguedine. Cap. V.*


**N**ASCVNTVR in arboribus *Quapati*, aut alijs, quas nostri ob ſimi-  
litudinem Prunos vocant, cum tamen ad Myrobalanorum Arabicorum  
pertinere genus alicui fortassis videri poterit, vermes quidam hispidi *Axocuillin*,  
ſeu ferentes *Axin*, pallentes, vix longi, binos latos digiros, ac pennam crassi an-  
ferint. Hoſ indigenæ ab arboribus deturbatos, permittunt ad ignem ex aqua  
elixari, aut diſcoqui donec communiantur, & adeps ciuidem coloris *Axin* nomi-  
ne supernatet, atque emineat. Colligunt hunc ad uſu multiplices incolæ, &  
conformant in globulos, è butyro vaccino parari ſolitis haud abſimiles, olei odo-  
re, & lenitatem, & ad omnia quibus oleum confeſſe ſolent, prætantifimos. non  
tamen in nutrimenti uſum adhuc venere. Dolores quamcunque corporis partem  
occupantes ſedant, neruos tensos laxant, emolliuntque. diſcutiunt tumores,  
aut, ſi natura ad id potius propensa ſit, maturant. Erysipelatis desinentibus  
conferunt. uiceribus ferunt ſuppetias, conuulfisque, neſnon enteroccelis, addita  
reina, ac *Pielle*. collectionesque cuiuslibet generis breui admodum minuant,  
aque diſcutiunt.

*Simile quid de vermis e terra cratis, & in vnguentum coctione mutatis, refert  
Monardes Cap. 52, eundemque effectum adſcribit in Erysiplate, quem Author no-  
ſer huic vermium oleo.*

*De AVE paradisea. Cap. VI.*

**O**FFENDIT tandem veras Apodes vita, & quæ per tot ſecula homi-  
nes latuerant, nauigatio in Malucas depræhendit. nempe aues, non pe-  
dum tantum uſu, quales multo anteā tempore innotuerant orbi, ſed pedibus  
ipſis omnino carentes, & eorum loco pennas fuluas, hispidas, tenues, duas  
ſpithamas & quatuor vncias longas, à medio circiter corpore prodeuentes, cri-  
nium crañiorum inſtar, ſoreitas, quorum uſu eſt (ſi uſu quam volau cefſant) arboribus appendere, quando conſedendi ſunt impores, & alligati inter ſeſ ſeſ  
mare. & terminam, cum foce dorsi matris impolita qua, cauitate antica, ſeſ  
mina incubat, ſouet, & amplectitur. Sunt enim qui affirmant, perpetuos vo-  
latus edere, ac ſublimi ſemper pendere celo. & ſi in ſolum deturbari caſu ali-  
quo contingat, a pueris facilis opera deprehendi: neque enim diſſicile eſt in tan-  
ta corporis paruitate, ac pennarum amplitudine in aere iplo veluti in arborum  
ramulis, aut in infimo colloccari ſolo, ac veluti jacerē. vix enim *Carduelis*,  
ac *Anthillidem* vincipit magnitudine, cum pennarum ambitu, quæ duas ſpitha-  
mas & vncias quinas prolixæ ſunt, aquilis non cedant. Sunt hę magna ex par-  
te rupeſ, ruſiſcentes ex albo, & e ſcapulis & reliquo corpore, non ab humeris,  
brachijue, cum eis careant, procedentes. Roſtrum eſt nigrum, binas ſere pro-

Dd 3 lixum



lixum vncias, ac medio  
criter incurvum. Colu-  
binum caput collumq;  
sed caput partim aureo,  
& partim pauonino co-  
lore præditum; collum  
verò infernè pauonino,  
aureo verò supernè.  
pectus, ac dorsi pars  
quædam aurea est, sed  
fulvis hemicicyclis ve-  
nulari, & luti vndulata. dorso ve-  
rò ad extremitum usque  
caudæ, quæ admodum  
brevis est si cum reli-  
quarum pennarum  
prolixitate cōparerur,  
fuluum, sed vergens in  
fusum. Rore vnit  
vaporibusque, & for-  
taffis animalibus par-  
nulis, ac penè nullis, ni-  
si quæ fortè sunt in ae-  
ris parte excelsiori pro-  
vidente natura, vt quæ  
non nisi in aere pende-  
re poterat, nullo, aut  
ibidem tantum parato  
vieretur alimento. &  
cum perpetuā ieiuna  
intestina sint, carno-  
sum, & quantum satis est, & pinguedine redundans, cœpūculum reperi.

Ornare indigenæ hac que desiccata caput, vñca crista & lecō, ob pennarum pulchri-  
tudinem, colores varios, & eiusdem avis raritatem, ac formam spectandam.

Solertiaffimus rerum naturalium indagator Vlisses Aldroandus, histriam huius  
auii una cum specieb; diligenter, & copiofissime in Ornithologia opere suo prosecutus  
est. Huic accessit Carolus Linnaeus, qui in Australio suo ad exoticā, opinionem illam  
iam ab omnibus receptam, hanc Manueodiatus, nempe pedib; carere, plane refellit,

et aueque in Hollandiam ronacum suis pedib; delatas esse assertit.

#### De CERCOPITHECIS. Cap. VII.

OFFENDVENTUR iuxta calidiora nouæ Hispanie loca, Cercopitheti,  
quos Mexicenses Ocumantli vocant, varia magnitudine, atque colore. Re-  
peries nanque nigros, pallentes, fuscisque, magnos, mira paruitate, ac me-  
diocres.

diocres, alios capitibus caninis, ac omnes penè filiorum amplexu graues. Mi-  
rabile est, arborum ramos, quas concenderunt, in viatores torquere, & ia-  
culari; transilire flumina caudis inuicem apprenenos, & ab arborebus fluuijs  
victis vibratos. ac super omnia, sagitta aliouè telo vulneratis, quantam possunt  
ne dicam quam solent homines hominibus, opem ferre, admirisque folijs  
aut arborum musco vulneri, sanguinem fluentem sistere, atque ita vitam, si  
fieri possit, tueri. Educant filios singulos, paruntque, & circumferunt, ample-  
xu tenaci adhæscentes mira pietate, & amore erga prolem, atque id iuxta  
montium verrucas, & summae cacumina, ubi venatores pyram construunt  
Maius circumdatam, adiecto lapide Cacaoteli, seu coruino, cuius est natura,  
igne calefactum, tonitruum edere, atque desilire. Concurrunt Cercopitheci ac  
iuxta incumbant, edentes sparsum Cacaoteli, sed perterrefaciente eam gentem  
subito lapide, oblixi filiorum, ac veluti expertes luminis aufugient, deferentes  
sobolem carissimam, relinquentesque in prædam venatorum. Ceteraque ad  
eorum naturam spectantia, adeò nota sunt cunctis, vt à me rursus hac in parte  
referri fuerit superuacaneum. Illud non est prætermittendum, Cercopitheco-  
rum osa tusa atque deuorata, dolores à Gallica lue ortos, sudore euoca o, tol-  
tere, atque sedare.

De Cercopithecis. vide plura apud eos qui animalium historiam conscripserunt,  
quib; addit Clinsium in Australio suo ad exoticā, rubi noua quedam describit genera.

#### De COZCA QVAVHTLI. Regina Aurarum. Cap. VI. I.

REGINA M esse aiunt Cozcaquahltli aiuum, quas Mexicanæ Auras  
vocant. Gnosiarum aquilarum æquat magnitudinem corpus vniuerium,  
prater collum, & eas partes que sunt iuxta pectus (ex nigro nempe purpura-  
entes) fuluum est, ac pullum. alæ subtus circa exortum nigra, cætera cinc-  
ret, deluper verò mixtim, fulua, nigra, & vergentes nonnihil in purpureum.  
crura rubra sunt, & vñci vngues. rostrum extrema, quæ psitaci esse iudices (tam  
et indistincta similitudo) alba sunt, cætera sanguineo colore tintæ. amplum  
etnarium foramen, oculi nigri, Iris fulua, rubra palpebra, sanguineo colo-  
re perfusa frons, & plicatilibus rugis torua, quas tamen nonnunquam expli-  
car, qua in re vocatos Gallopauos videtur emulari, & pilis quibusdam veluti  
retoridis, rarisque, & Aethiopum pilis haud assimilibus. Cauda est Aquilæ,  
infernæ cinerea, foris verò nigra. Anguis, muribus, ac lacertis, quos rapit,  
vicit, sed morticinis maximè, humanoque cum forte paratum illud offen-  
dit, stercore. Sublimipeta auis est, & nimium extensis, expansisque volat alis,  
vix volatum intermittens. Indigena est huius prouincia. Veris educat tempo-  
re, oblitus vi incredibili ventis, contranititurque aduersantibus, eisdem fedi-  
bus perstans immobilis. Caro est inutilis, & nutrimento à nemine (quod ad-  
huc compererim) nisi medicina grata degustato. Fertur huius auis plumis me-  
deri Indos viceribus admotis, carnisbusq; elixis almonia loco, durâte affectu de-  
moris, quas aiunt etiam morbo Gallico, presentando quodam remedio mederi.

Inferius cap. 19. huius speciem Auram ipsam Tzopilotl describit.

**V**ERMIS est genus prædum *Coyatahoal*, ab alijs *Tzenebulin*, & ab alijs *Ichecaton* nuncupatum, superne filulum, pedibus autem ex albo purpurascientibus, numerosisque, quorum gratia fortassis posset in scolopendria differentias referri. *Arctactus* hic, *tritus*, & ex aqua resolutus, illitusque maxillis bis quibusvis singulis diebus, dolores dentium sedat.

*De H O A T Z I N , seu ave similem nominis identem vocem. Cap. X.*

**A**VIS est, Gallina Indicæ penè magnitudine, incurvo rostro, pectore è candido in luteum inclinante, alis, caudaque maculatis per interualla pollicis, colore candenti pallidoque, dorso fulvo de supraea parte colli, sed virilique in fuscum colorem inclinantibus, præterea etiam & temporibus vix ad rostrum & oculos, vnguis nigris, ac fuscis cruribus. cristam gestat constantem plumis è candido in pallidum colorē vergentibus, sed dorso earum nigro, vescitur anguibus. Vox est magna, & vlatum quendam repræsentans. Apparet autumno, inauspicata haberetur ab incolis. Ossa eius dolorē cuiusvis particulae humani corporis a lancinatione sedant. suffit quoque plumarū, mentem refluit his qui è morbo aliquo, ea parū constantes enauerunt. Pennarū cinis deuoratus medetur morbo Gallico affectis ope mirabili. Viuit in calidis regionibus, qualis est Yauhtepccensis. magna que ex parte arboribus iuxta flumina consistit insidet, ubi nos eam auem conspicati, capiendam ac delineandā curauimus.

An engraving of two birds from a historical book. The top bird is a large, dark raven-like bird standing on a branch. The bottom bird is a smaller, long-beaked shorebird, possibly a sandpiper or greenshank, also standing on a branch. The background consists of dense, illegible text in a European script.

**YZTA CHOITZITZILIN**

**TENOCCHOITZILIN**

**QVETSALHOITZILIN**

**TOZCACHOITZILIN**

**XOLHOITZILIN**

**CVL A** est minima, plumis variorum picta colorum, quibus intex-  
mira quadam inter se subtilitate compositis, ac artificis industria co-  
diuorum figuras, & quarumuis aliarum rerum indistincta similitu-  
artifices exprimunt imagines. Ea est ei natura, ut non diutius vivat,  
quam

122 quam flores herbarum quarum alitur mellegena, durent superstites. postquam vero marcuere, ad pinus, aliasque arbores sese quadam natura prouidentia conferat (quod est fide dignissimorum virorum testimonio compertum, & scribarum fide non uno comprobatum in loco,) eique rostro affixo se seruer appensam, donec sex plus minusue granulas mensibus, ac decidentibus iam pluviis, agris vernantibus, ac gratis herbis rursum ortis, arque florefcentibus, de-nuò reuiulcat, similes vices sapient subitura. Nec nuge sunt, aut cuiquam debet esse dubitatum. seruata quippe est non semel avis stipiti affixa intra cubiculum, & cum sex menses examinis peperdisset, quo tempore sibi natura comparatur est requirit, ac demissa in vicinos agros volitauit. Aiunt præterea, cius puluerem deuoratum, mederi epilepticis. Plures sunt harum auicularium, differentiar, colorum varietate, ac corporum distantes magnitudine. quales sunt Quetzal hoitzitzillin, Zochio hoitzitzillin, Xiuh hoitzitzillin, & Tocacoz hoitzitzillin, Totac hoitzitzillin, Tenoc hoitzitzillin, & Hoitzitzillin.

*Historia Animalium*  
De HOITZTLACUATZIN, seu Tlacuatzin spinoso  
Hystrice Nova Hispania. Cap. XII.




ANIMAL est Hoitztlacuatzin, canis mediocris, magnitudinem aquans, colore nigrum, Melis aut Tlacuatzin forma, à quo trahit nomen. tegitur idem spinis cauis, acuminatis, tres vicias longis, & hystricis spinis aculeiisque, per quam similibus, pilis tamen quibusdam mollibus, si caput excipias, inter se, & atrauè lanugine, sed circa exortum candenti, laculatur eas in canes insectantes, nulla eorum industria, aut conatus exutiendas. nam sensim magis magisque iactatione defiguntur, donec viscera perforent quadam naturali vi, trahantque corporis innatum humorem, atque ita transfixum confossumque canem tabefaciant. Seruant Indi hos aculeos, aiuntque nouem horum, si leui ignes calefiant, & excentur ita ut eorum vis non evanescat, in tenuumque puluerem redigantur, ac ex vino aut aqua propinentur, lapides rerum frangere, emundareque urinæ vias, ac vesicam, aperitusque venereos excitare, tum etiam dolori capitis sedando operi ferre, esseque utilissimos. nam fronti, aut temporibus admovi, sponte sua adhaerent figuranturque,

nec

nec prius decidunt, quam hirudinum more, cauitate sanguine referta, vacuataque causa excitante dolorem, ægri fiant incolumes, liberenturque à morbo. Vilendum animal, ac non minus miranda aculeorum vis, & summis laudibus extollenda sapientia atque potentia opificis sumini, qui tanta rerum varietate, tamque varijs naturæ donis, hunc ornauerit mundum. Sunt vero aculei candenates, luteique, tenues, ac tres vicias longi, sed mucronibus nigricantibus, & peracutis. Cauda breuior illa Tlacuatzin, paulò tamen crassior, & aculeorum à media parte usque ad extremum expers. Pedes sunt quales Quauhpeçotli, sed latiores. Rostrum canis simile, sed resumum. Dentes supra infraque bini, velut illi vocata Tucca. Venter spinarum expers est, ac tectum pilis, quemadmodum & externa parte crura atque brachia. Cicurari potest, viuitque in calidis Yucatana, & Texozocalci. viueretque, quantum conjectura assequi possumus, apud Hispalenses, calidiusù aliud Beicæ oppidum, si eò portaretur. Vescitur fructibus fugacibus, ac montosis gaudet locis.

De MANATI. Cap. XIII.



EDUCAT uterque oceanus, stagnaque, pisces vocatum ab Haitinis Manati, bestiam penè informem, vitulo parem, & caprino capite tumenti, cum ante-

anterioribus brachij. forma fuscum, & pilis tectum raris, & quamquam fuscum, nullo tamen nocuum morsu. vitamque, & mari, & littore (ita tamen ut nonnunquam deserat aquas) agentem, & herbis littoralibus, ac Phicorum marinorum vescentem genere. Cauda est illi obrotunda, ac transuersim sita. Caput, & os vitulinum. magna nares, mammæque. auriculae parvae, necnon. & oculi. parui dentes, aspera labra, & corium taurino crassius, ac firmius. brachia bina anteriori parte sita, quinis distincta vnguisbus, humanis similibus, ac pinnarum formam referentibus. umbilicus patulus est, anusque. vulva muliebris, penis equinus. & caro, pinguedoque, veluti saginati suis, iucundus gustus, seu recens comedatur seu salita. & gallica laborantibus lue in primis noctis. costæ visceraque respondent taurinis, & monstrificam præferunt molem. Humano more coit, scemina lupina in littore ferè tota procumbente, ac celeritate quadam superueniente mare. unicus vero generatur fetus. prægandis enim est ille, & ea magnitudine, qua non soleant plures, nisi monstrificè generari. Offenduntur in huius animalis capite bini lapilli, quos leuigatos, ac devaricos ex aqua aut alio liquore aperiente, fama est, virinam retentam euouare, adeoque quidquid vias illas quæ vrina peruviae esse solent, obstruit, recludit. lapillus in mare repertus, albus est, & conferens maribus, sed qui in foemina, subluteus, & foeminius vilis.

Ouidius hanc bestiam eleganter descripsit lib. 13. cap. 10. historiae naturalis Indiae quam translatam videre potes apud Clusium lib. 6. exoticorum cap. 18. Plura etiam inuenies apud eundem Clusium in notis ad Monardæ cap. 32. de lapidibus Tuberonum.

Rondeletius etiam lib. 16. c. 18. historia piscium hoc animal descripsit, sed sine Icone.

De MAZAME, seu Ceruis. Cap. XIV.




INTER ceruorum genera, quæ apud nouam hanc Hispaniam adhuc mihi videre licuit (præter candidos totos, quos reges ceruorum sive Indi sibi persuasere, nuncupantque à colore Tauri mazame, & vocatos Tlamacazque; mazari)

mazati) primi sunt, quos vocant Acullame, Hispánis omnino similes forma, magnitudine, ac aliqua natura. Minores his apparent Quauhilaçame, sed vsq; adeo à ceterorum timiditate alieni, vt vulnerati, homines ipsos adoriantur, ac sapienter interrimant. Hos sequuntur magnitudine Tlahuicamaçame, qui forma & moribus essent eis omnino similes, ni timidores viderentur. Minimi omnium Temamaçame sunt. Sed hos, ac reliqua


Ceruorū  
No. Hisp.  
genera.

TEMAMAÇAME.



genera, inter quæ numerantur Teuhilaçame, Temamaçame, & huiusmodi alia permulta, ego portius computauerim inter Capreos. Nunc quinam Ceruorum, Dorcadumæ, lapidem vocatum Bezoar, aut dominum veneni generent inter se, erit vt opinor narrare opportunum. Accepimus à peri-  
tis venatoribus, & qui in dissectis hisce animalibus prædictos lapides non semel inuenierunt, reperi in ouibus illis Peruiniis, cornuum expertibus, quas Bicuinas vocant, (sunt enim alia cornuta Taruca vocata, & alia, quas dicunt Guacanas) præterea in Teuhilaçame, quæ caprarum medium, paulouè maiori constant magnitudine. Pilo teguntur cano, & qui facile auellatur, fulvoq; sed lateribus, & ventre carentibus, vnde Berrendos indigenæ Hispani vocare solent. Cornua gestant iuxta exortum, ac in paucos, parvoloq; teretes ac præacutos ramos diuisa, & sub eis oculos, quorum imaginem exhibemus. Deinde in quodam Damarum genere, quas Macal chibiltic, aut Temamaçame, appellant, breuissimis cornibus, acutissimisq; coloris fului, fulci, & inferne albi, quarum quoque præstata est imago. Necnon in Ibicibus, quorum hic redundat copia, vt Hispanos & apud hanc regionem frequentes ceruos taceam, in quibus quoq; est lapidem, de quo præsens est institutus sermo reperire. Capreas etiam cornuum expertes, quas audio passim reperi apud Peruinos. & vt summatim dicam, vix est ceruorum caprearumq; genus ullum, in cuius ventriculo, aliaue interna parte, sua sponte, ex ipsis alimoniarum excrementis lapis hic, qui etiam in Tauris, vacciisque solet offendri, non paulatim con-  
crescat,

crescat, & generetur, multis sensim additis, & cohæscentibus membranulis, quales sunt cœparum. ideo non nisi verultissimis, & senio penè confectis, lapides hi reperiuntur. neq; vbique, sed certis, statisq; locis, vbi ea suppetit materia. qua ratione fieri posset, vt apud Hispanos, gentesq; alias, non ita facilè offendantur. Verùm non omnes hi lapides salubres sunt, tuendq; sanitati, aut morbis profligandis apti, sed sibi illi, qui depauperis herbis saluberrimis producuntur. vnde non solum difficile sit censere, an illæ facultates mirabiles, quæ de eo lapide nostra tempestate iætantur, narrariq; & prædicari cœperunt, veræ sint, sed etiam quinam sint eligendi, aut qui utiles, aut inutiles offendantur, quibus de rebus certò quid affirmari nequit. Etsi fama est, venenis, venenatisq; omnibus subvenire, syncopem, & epilepticas invasiones arcere, digitis applicatos somnum conciliare, augere vires, excitare venerem, facultates omnes roborare, sedare dolorem, renum lapides vessicæq; , non solum parua quadam portione deuoratos, sed manibus tantum retentos frangere, ac pellere, vrinæ destillationi ferre opem, partum iuuare, & procurare conceptionem, denique nulli ferre

Bezar  
vires.

non auxiliari morbo. adeo vt sint qui solius huius lapidis presidio, medici sententia sua euaserint consummati, pro talibusq; se impudentes venditarint. Varijs eos reperies formis, & coloribus. alios nempe candescentes, fuscos alios, alios luteos, quosdam cinereos, nigrosq; & vitri, aut obsidiani lapidis modò micantes. hos oui, illos rotunda figura, & alios triangulari. quid? quod nonnulli eorum, basis centriè loco glandem habent (& concussonat, nucleo intra crustam crescente, coactoq; haud alter ac hi quos Aetites vocare solent, aut ipsi Aetites sunt, quos Aquila fortassis rapient, & in suos transferant nidos) alij puluerem, alij lapillum. Tot vero reperies apud nouam hanc Hispaniam, vt iam vili veneant preçio, ac vel unico aureo singuli, & interdum etiam bini emi & commutati soleant, cum non paucis ante annis, vnicus & mediocris, ducentis, aut amplius au-

reis

reis extorqueri non posset a mercatoribus. Id dictum est a me, atq; admonitum, ne deinceps reliquias sit locus ipsis impostoribus ex rapto viuentibus, iusq; omne, dum rei familiariter student quomodo libet accendæ, atq; cumulandæ, violentibus. quibus opus non est in tanta copia, & numero la redundantia, arte illos aut adulterio parare. quamquam & adhunc modum non pauci confitati reperiantur. Verùm lapides illi fossili, quos quidam Arabum, ab infringenda venenorū vī, codem appellant nomine, reperiuntur per hæc tempora apud nos, ac præcipue in fluminis *Tchibualani* ripis, varij, multiformesq; , influentibus vndis e montibus redundantibus bolo armeno, sed minimè, quos ferunt ijdem, in angulis oculorum prædictorum animalium concrecere, cum remedij gratia postquam deuorauerunt serpentes, ab antris vi halitus, aut occulta alia facultate tractos, se mergunt in flumina. Monstrati sunt nobis etiam lapilli, quos aiunt deuorari a foemineo ceruorum sexu, vt facilior enixus contingat, & in eius ventriculo reperiri, de quibus omnibus suo loco, deo dante, termo habebitur.

Bezar  
Fossili.


*Monardes singulari libello vires Bezar Orientalis proscutus est. cuius etiam Capit. 34: perlege. Item Epistolam militis ex Peru conscriptam ad Monardem.*

*De POLLIN. Cap. XI. V.*

**A**NIMAL quoddam est parvum Pollin, insectumq; Centipedis forma, minus tamen quod tritum atq; impositum, infixos aculeos, atq; sagittas mira celeritate extrahit.

*De TAPAYAXIN lacerto orbiculari No. Hispaniae. Cap. XVI.*

**A**D lacertæ differentias videtur pertinere Tapayaxin, quamquam orbiculari penè, planoq; constat corpore, ac Raix vocata quadam te-



Ee 4 nus